

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

De S. Nectario Patriarcha Constantinopolitano Commentarius  
Historico-Criticus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

## DE S. NECTARIO PATRIARCHA

CONSTANTINOPOLITANO

COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

§ I. Cur Nectario, Graecorum dumtaxat Fastis sacriss. inscripto, in  
Opero nostro locum hic concedamus.

ANNO CCCXCVII.  
Nectarium,  
quem vere ex-  
stitisse San-  
ctum, S. Cas-  
sianus

**E**tiamsi Constantinopolitanus hic propositus Patriarcha a S. Joanne Cassiano lib. 7 de Incarnatione Domini cap. 31 sanctimonia Insignis ac ab aliis scriptoribus titulo Beati et Sanctissimi decoretur, ab ea tamen appellatione Nectario attribuenda Cuperius in Chronologica sua de Patriarchis Constantinopolitanis Dissertatione, Operis nostri tom. i Augusti praemissa, semper abstinuit, ac, an is vel Sanctus vel Beatus appellari mereatur, die xxvii Septembris aut xi Octobris in eodem Opere nostro discutiendum reliquit. Quare cum priori et duobus hisce diebus, quo brevis dumtaxat Nectarii in Praetermissis facta est mentio, discussum id nondum fuerit, reliquum est, ut rem modo discutiamus. Nec id tantum hic sumus facturi, verum etiam, ut Nectario jure locum inter Santos in Opero nostro hic attribui patescat, merito ei ob virtutes, quibus eminuit, Sancti titulum competere, ostensuri. Promiscue quidem Sancti epitheton, maxime præsulibus, qui in communione Catholicæ Ecclesie vivebant aut obierant, fuisse olim, etsi etiam a vita aetorum sanctitate commendandi neutiquam forent, ex more, ab ipsismet Ecclesiæ incunabulis usurpato, venerationis seu honoris gratia attributum, passim omnibus (Cangium in media et infima Latinitatis Glossario ad vocabulum Sanctitas videsis) est notum; verum ex more illo seu honoris dumtaxat gratia, non autem, ut sanctitate vere significaretur illustris, a Cassiano loco supra cit. sanctimonia insignem dictum fuisse Nectarium, verosimile haud appetet. Nec asseverare ausim, scriptores omnes alios antiquos, qui etiam Nectarium vel Sancti vel Sanctissimi titulo dumtaxat condecorarunt, e solo id fecisse prefato more antiquo.

et S. Nicolaus  
I Papa induc-  
creddiderint,

2 Certe S. Nicolaus I Pontifex, qui ab anno 858 usque ad annum 867 Romanam S. Petri cathedram occupavit, Nectarium non honoris tantummodo gratia, sed ut vere eum vita sanctitate exstissemus illustrem, significaret, Viri sanctissimi appellatione ornavit. Audi, qui apud Labbeum tom. viii Concil. 283, in sua ad Photium, qui Ambrosii, Nectarii et Tarasii exemplo sese merito ex laicorum gradu ad episcopalem dignitatem pervenisse affirmabat, epistola loquatur. Temere atque impudenter, inquit, ad tanti honoris culmen accedere presumpsisisti, assumentes vobis quasi a sanctissimo Viri Nectario occasionem, quem sancta secunda synodus non ob aliud sacerdotalem eligere atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnæ necessitatis contritione anxiabatur, eo quod in

sancta Constantinopolitana ecclesia nullus clericorum inveniri poterat, qui pessimæ hæreses nimbo caligine non fuerit impeditus; et ob hec diu jam dicta ecclesia sub destituzione pastoris quasi viduata maneret, prædictum expugnatorem hæreticorum et defensorum atque gubernatorem ecclesiarum ad ecclesiasticam curam et dignitatem sacerdotalem, iam dicta E secunda synodus elegit. Hæc laudatus Pontifex; cum sic autem Nectarium honorificissimo exornet elogio, nec in hoc, quod non putavit, vel dixisse vel insinuasse sit censendum, haud dubie Nectarium, quem et hæreticorum expugnatorem et Virum sanctissimum appellat, exstissemus Vitæ sanctimonia conspicuum crediderit, nec ei honoris tantummodo gratia pulcherrimum Viri Sanctissimi titulum adscriperit.

3 At vero, inquires, Baronius in Annalibus ecclesiasticis ad annum Christi 381, num. 69 comparationem inter Gregorium Nazianzenum, qui episcopatu Constantinopolitanu sese abdicarat, et Nectarium, qui ei fuerat suffectus, instituens, sequentem loquitur in modum: Quod autem ad creationem Nectarii spectat, accidit plane prodigium ac plane monstrum. Etenim, cum episcopus Gregorio haud impar meritis atque doctrina, qui in locum ejus sufficiendus esset, queri deberet (nam secundum sententiam Joannis Chrysostomi, cum lapis e structura tollitur, illi magnitudine similis collocandus ibidem est, ne quid vacuum in pariete maneat) F contigit loco absolutissimi Christiani suffici hominem nondum Christianum, sed cathecumenum adhuc; et loco theologi perfectissimi subrogari hominem, rerum ecclesiasticarum penitus imperitum; ac denique pro consummatisimæ perfectionis monacho hominem, petitum e curia, et loco Virginis dari, qui hactenus intemperantius vixisset, quod ipsem et apud Sozomenum testatur; qui licet in seculi obediens negotis dexter videri potuerit, tamen in ecclesiasticis functionibus (ut ita dicam cum Gregorio) præ se ferret cadaver vivum, nulla penitus ex parte conferendum cum ipso Gregorio. Nectarium sane, qui, dum electus fuit Constantinopolitanus episcopus, Neophytus adhuc erat, Gregorio Nazianzeno tunc, ut hic Baronius ait, exstissemus meritis, doctrina, rerum ecclesiasticarum perititia, virtute ac vite perfectione longe inferiorem, nemo ibi inficias; verum, etsi sic habeat, virtute equidem post, ut infra sumus visuri, in episcopatu quam maxime Nectarius excelluit, cumque lavacro sacro, quod statim atque episcopus fure electus suscepit, universa, utcumque etiam gravia,

AUCTORIS  
C. B.

A gravia, quæ ante patratal, delicta fuerint deleta, non est sane, cur ob vitam, ante episcopatum actam, e Sanctorum numero excludentur dicatur.

quam usque ad tempus, quo electus fuit episcopus,

4 Nec, ut apparel, ipsemel Nectarius, existit hanc usque ad tempus, quo episcopus Constantinopolitanus fuit electus, intemperantem ac impudicam, apud Sozomenum lib. 7, cap. 10, ut Baronius ratus est, testatur. Res quidem, si Sozomeni a Christophorsono facta, quam Baronius secutus est, interpretatione spectetur, sic habet; verum, hac standum non esse, infra ostendam, cum Sozomeni primum huc spectantia, quæ Latina ejus per Valesium interpretatione exhibet, de Nectario, ad cathedralm Constantinopolitanam jam erecto, verba huc transcripsero. Sic habent: Nectarius..., Cyriaco Adamorum episcopo praecoptore usus sacerdotale officium condidit. Diodorus enim, Tarsensem episcopum, rogaverat, ut iste aliquamdi secum maneret. Sed et alios multos Cilicas pellexit, ut secum morarentur, atque inter ceteros Martyrum. Quem cum familia-

B rem haberet a medicum, et omnium, quæ in juventute deliquerat, consicum, diaconum ordinare cogitabat. Sed Martyrius nequaquam id fieri passus est, indignum se divino mysterio esse affirmans ipsumque Nectarium anteactæ vita sue testem esse jubens. Cui Nectarius, An non ego, inquit, qui nunc sacerdos sum, meam retro vitam multo, quam tu, negligenter traduxi, sicut tu ipse testari potes, qui intemperantiae meæ sæpius ministrasti? Ille subjiciens, At tu, inquit, o Beate, percepto recens Baptismo, mundatus es et post Baptismum Sacerdotium accepisti. Horum vero utrumque ad expianda peccata lege divina constitutum est. Ac mihi quidem videris ipse ab infantibus recens natis nil differe. Ego vero, qui jam prius sacram Baptismum consecutus sum, in eadem, qua prius, vivendi ratione perseveravi. Atque hic quidem, hujusmodi causam allegans, ordinationem detrectavit.

intemperantem  
fuisse, ipsemel  
Nectarius, ut  
Baronius pu-  
tavit,

C 5 Pro verbis, quibus, sese tempore retroacto seu superiori multo negligentius, quam fecisset Martyrius, vixisse. Nectarius in Sozomeni hic modo recitat textu declarat, Christophoronus sequentia usurpat: Nunquid ego... idem, qui nunc sacerdos sum, vitam meam hactenus multo magis dissolute traduxi, quam tu tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qui frequenti intemperantiae meæ open persapertulisti? Hinc autem factum, ut, sese usque ad tempus, quo episcopus fuit electus, intemperanter vixisse, ipsummel apud Sozomenum testari Nectarium, Baronius existinat. Verum recitat. Christophoronus verba ad amissim Græcis, quibus respondent, Sozomeni verbis insigne hanc consonant. Hæc enim, quæ sequentia sunt ἡ τὸν ἐγώ... ἀνὴν ἵερεν, ἀμελέτηρόν του πολλῶ τὸν προτὸν διετέθην βίον, οὐ καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ, πολλάκις διαπονησάμενος πολλάτις ἐψιτις απολασίαις. Latine, non ut a Christophorono sit, sed, cum vocabulum προτὸν Latine prius seu antehac, non aulem hactenus, quod Græce μίχη τούτων exprimitur, significet, hunc in modum, ne vel utcumque ad auctoris Græci mente discedatur, sunt reddenda: An non ego,... jam sacerdos, vitam antehac multo, quam tu, sicut etiam tu ipse, qui intemperantiae meæ sæpius serviisti, testari potes, ne-

gligentius transegit? Ita autem, non usque ad tempus, quo episcopus seu sacerdos fuit creatus, sed vel proxime vel diu ante id intemperanter sese vixisse, Nectarius indicat, ino revo id sese in juventute fecisse, verosimillime, si Sozomeni, qui Martyrium omnium, quæ Nectarius in juventute deliquerat, consicum fuisse, paulo ante in textu num, precedenti recitato dixerat, mens spectetur, dumtaxat significat.

6 Vidi id haud dubie Hist. eccl. lib. 12, cap. 14 Nicephorus Callistus, hincque proxime hoc transcriptis Græcis Sozomeni tredicim primis verbis sequentia isthæc: Εγὼ δὲ οὐκ εἰμί, οὐκ ἀμελέτηρόν του εἰ νέστητι διαγέγοντα βίον, Græca itidem verba, quæ Latine sonant An non ego,

apud Sozome-  
num haud te-  
statur,

qui nunc episcopus sum, in juventute inconsideratè magis, quam tu, vitam egi, ibidem substituit. Jam vero, cum sic habeat ac Nectarius, cum episcopus Constantinopolitanus fuit electus, jam exstiterit, ut Sozomenus Hist. Ecclesiastica lib. 7, cap. 8 prodit, canitie venerandus, fuisse illum tunc adhuc ea, quæ a Baronio asseritur, morum corruptione, ex ipsomet Nectarii testimonio proberi non potest.

E Et vero, quo minus per hoc significari, quod ait Baronius, credamus, Socrates et Theodoretus etiam impedirent. Prior enim Hist. Eccl. lib. 5, cap. 8 de Nectarii ad sedem Constantinopolitana electione loquens sequentia isthæc prodit memorie: Erat tunc vir quidam, Nectarius nomine, moribus placidus, et in omni vita plane admirandus, quamvis prætoris officio fungeretur. Hic a populo raptus ad episcopale munus obeundum eligitur, et ab episcopis centum et quinquaginta, qui tunc illie (Constantinopoli) aderant, ordinatur; posterior vero Hist. Ecclesiast. lib. 5, cap. 8 de eadem electione sic scribit: Nectarium virum patricium, generis nobilitate clarum virtutibusque omnibus illustrem, maximas illius urbis (Constantinopolitanæ) episcopum ordinarunt. Ita duo scriptores illi; verum quidquid demorum, qua forsan adhuc, dum Constantinopolitanus eligeretur episcopus, Nectarius exstiterit, corruptione sit, inde equidem, cum et mores alios in episcopatu induerit universa, qua ante patratal, delicta sibi a Deo per Baptismum, statim a sua in episcopum electione suscepimus, condonari impetrarit, esse illum e Sanctorum numero exclendum, argui, ut jam dico, non potest.

F 7 Nec fieri pariter id potest ex eo, quod major aliquando in Nectario jam episcopo de-

nec major,  
qua in ipso  
aliquando

siderata fuerit in reprimendis hæreticis vigilantia. Theodosius imperator, qui, quemadmodum cod. Theodos. lib. 16, tit. 5 de hæreticis, leg. 12 fidem facit, Eunomianis, Aririanis, Macedonianis, Apolinarianis seu Apolinaristis aliisque hæreticis severissime, ne conventus agerent, anno 383, die 3 Septembris inhibuerat, postea in faciendo facultatem Apolinaristis concessit, hisque, qui libere deinde Constantinopoli degebant, conventusque agebant, Nectarius, aiunt, sese, ut decuit, ac, ut facere, imperatorem ad dictam facultatem revocandam impellendo, debuisset, haud opposuit; id autem probatum ut dent, longiorum, qua Nectarium, ut imperatorem ad facultatem illam revocandam inducat, Gregorius Nazianzenus Operum suorum tom. i majorem in modum

AUCTORE  
G. B.

modum hortatur, epistolam allegant; neque vero immerito: in hac quippe, e qua præterea, quod de facultate Apollinaristis a Theodosio concessu mox dixi, nemo non facile eruet, Gregorius primus ibidem pag. 721 de Arrianis, Macedonianis et Eunomio, qui maxime etiam Ecclesie nocebant, amarissime conquisitus, sequentem deinde loquitur in modum: Atque haec tamen ferenda. Quod autem ex omnibus ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinaristarum licentia est, quos haud scio, quonam modo pietas tua conventum, æque ac nos, habendorum auctoritatem sibi arrogasse, passa fuerit. Quamquam autem omnino Dei beneficio mysteriis divinis instructus et eruditus, non modo recte doctrinæ patrocinium nosti, verum etiam ea omnia, quæ adversus sanam et orthodoxam fidem ab hereticis exigitur sunt; honorificientiam tamen tuam a temitate nostra certior fieri nequaquam intempestivum fuerit, mihi in manibus esse libellum Apollinarii, in quo ea, que astruuntur, haereticam omnem pravitatem excedunt. *Hic Gregorius præcipua impixa Apollinarii doctrinæ capita exponit, ac deinde ita prosequitur: Proinde si sis, qui talia sentiunt, coetus habere licet, illud velim cogitet atque expendat sua in Christo illustris prudentia, quod, cum nobis cum eorum dogmatibus non conveniat, cactus habendi facultatem illi factam esse, nihil aliud est, quam eorum doctrinam nostra virorem extimare. Nam si illis, ut et pie sentientibus, ea, quæ sentiunt, docere libereque promulgare permittitur, quis non videt, Ecclesiae doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse.*

*desiderata fuit  
contra haereti-  
cos*

8 Quomodo igitur excelsus et præstans animus tuus ad tanti mali correctionem consueta libertate non uti sustinuit? Verum, etiamsi nondum hoc factum est, nunc saltem inimitabilis tua numerisque omnibus absoluta virtus exciteatur, ac pientissimum imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsis erga ecclesiastis studio redditurum esse utilitatis, si tale malum ad fidem sanæ everisionem per eorum libertatem licentiamque prævaleat. *Ita hactenus Gregorius; ex hisce autem, aiunt, ejus verbis, sese haud adeo, quam par esset, promptum atque alacrem ad Apollinaristas reprimens exhibuisse Nectarium, merito sane potest inferri. Verum, etsi (neque enim vel id, ut jam innui, negare velim) sic habeat, consectariumne hinc illico pariter sit, ut e Sanctorum numero debeat Constantiopolitanus is Patriarcha noster expungi? Certe in eorum, qui id assererent, opinionem, si, quemadmodum Tillemontius tom. 9 Monument. eccl. pag. 488-ait, nullis umquam præ mollitiæ atque inertia vitiis haereticisque sese opposueret, manibus pedibusque concederet; ast ex eo, quod Nectarius congruo pastoralis officii ferore adversus Apollinaristas aliquando usus haud sit, inde id eum contra hosce aliosque hereticos numquam fecisse sempergue in coercendis vitiis extulisse inertem, inferri non potest; imo contra, solitum fuisse Nectarium et haereticis et vitiis libere sese opponere, ex ipsamet partim mox recitata Gregorii Nazianzeni epistola, cum in hac a Gregorio, quod ad Apollinaristarum licentiam audaciamque compe-*

scendam consueta seu solita libertate usus D haud sit, corripiatur, concludendum appareat.

9 Utul sic, Nectarium equidem, si non ante, vigilancia saltem post litteras, partim supra hue transcriptas, quibus a Gregorio Nazianzeno fortiter simul et suaviter ad compescendos Apollinaristas fuit extimulatus, hisce aliosque haereticis, et quidem haud improspercere, ita sese, ut vigilem fideique tutandæ ardore incensum pastorem decebat, opposuisse, appareat credendum. Id enim nisi fecerit, futurum fuisse, ut a Nicolao I Papa, qui eum, ut supra vidi mus, haereticorum Expugnatores in epistola, ad Photium scripta, postea vocarit, honorificentissimo hoc titulo afficeretur, in animum quis inducat? Adhæc supra memoratae ad Nectarium litteræ fuerunt certe, uti ex infra dicendis fūs erit colligere, a Gregorio Nazianzeno, cum Theodosius, priusquam ex Oriente in Occidentem adversus Maximum tyrannum moveret, in Oriente versaretur, conscriptæ; quod si autem nec ante, ne post has haereticis sese Nectarius opposuit, ut quid, bellum in Italia post seu anno 388 adversus Maximum E tyrannum Theodosio gerente, Ariani, qui salsum de imperatoris cedrero more sparserant itaque plebi ad quilibet audendum animos addiderant, Nectarii zedes incendere? Tunc vero, inquit Hist. ecclesiast. lib. 5. cap. 13 Socrates, Ariani, resumpta fiducia, in apertam erupunt insaniam domumque episcopi Nectarii conjectis facibus incenderunt. Id factum est Theodosio augusto iterum et Cynegio consulibus, id est, anno Christi ccclxxxviii. Enimvero e manifestissimo isthō Arianorum in Nectarium odii argumento, magno hunc in illos aliosque haereticos zelo, si non ante, saltem post acceptas Gregorii Nazianzeni litteras, effervesce haud immerito potest argui. Et vero Nectarius acceptas per hasce exhortationis obsequens verosimillime easdem imperatori Theodosio ostenderet eumque, ut, quod Gregorius desiderabat, præstaret, induxerit.

10 Theodosius certe, cum jam aliquamdiu post annum 383 sedem Constantinopolitanam occupasset Nectarius, haereticis omnibus ac nominatim Apollinaristis, ne conventus agebant, severe atlesuanum in tyrannum Maximum expeditionem inhibuit, idque litteris jam sepe memoratis, quas Gregorius ad Nectarium scripsit quasque hic prouide Theodosio exhibuerit, referri posse acceptum, Tillemontius tom. vi Monumentorum Ecclesiast. pag. 633 et Baronius in Annalibus ad annum 384, num. 35 existimat. Omnibus itaque sedulo expensis, ex eo etiam, quod major aliquando contra haereticos desiderata in Nectario fuerit vigilancia, esse eum, quem nihilominus haereticorum Expugnatores et Virum sanctissimum Nicolaus I Papa in Epistola supra laudata appellat, e Sanctorum numero excludendum, haud probatur. At vero, inquiet fortassis nonnemo, etsi sic habeat, nec pariter, uti ex infra dicendis patescat, contra Nectarii sanctitatem e Socrate et Sozomeno, familiaritatem cum Novatianis ei attribuentibus, possit argui, inde tamen, Constantinopolitanum hunc Patriarcham pro Sancto indubie habendum eique ideo ut tali locum in Opere nostro dandum, consectarium nondum est. Fateor, sic habet; verum Graeci in duabus MSS. penes nos exstantibus Synaxariis

A riis, quorum alterum Sirmondianum, alterum Chiffletianum vocare solemus, xxvii, qua ex infra dicendis Nectarius obiit, Septembris die annuam ejus memoriam recolunt, idemque ad xi Octobris, verosimilime, quod tunc aliquando cultu Nectarius fuerit garvisus, non modo iterum in jam dicto Sirmondiano Synaxario, sed et in MSS. Bibl. Ambrosianæ Meneis itemque in magnis Græcorum Meneis excusis etiam fit. Nectarium isthac duobus hisce, in quibus ad nomen proprium Νεκτάριος, a nomine appellativo Νεκτάρης, quod ad deorum potum significandum in poetarum fabulis usurpatur, deductum, alluditur, sequentibus ornant versiculis:

'Ο Νεκτάριος ὁ τὸ τοῦ μέδου, Λέγε,  
Ἀληθῶν δὲ σῆς τρυπῆς νεκτάρης πίνει.  
Nectarius, non fabulae, o Dei Verbum,  
Sed verum deliciarum tuarum nectar binit.'

celebretur, ob rationem hic adductam inesse rur.

11 Porro, ut jam dicta magna Græcorum Menea excusa, ita etiam, qui hisce presse inhaerere solet, Maximus Margunius, Cytherorum episcopus, in Menologio, vernacula Græcorum hodiernorum lingua conscripto, Nectarium hodie commemorat, et ne nihilominus, B an a Græcis, ut Sanctus, Constantinopolitanus is Patriarcha honoretur, dubius forsitan quis adhuc haereat, non tantum in Menologio illo, sed et in Meneis brevis ponitur oratio, qua, qui hanc recitant, Deum sibi fieri propitiū per S. Nectarii preces rogant. Jam vero, cum sic habeat, ac proin immemorabili cultus possessione apud Græcos Nectarius gaudeat, eum ego ex hac disturbare non ausim. Nullis quidem sacris Latinorum Fastis exstat insertus subindeque etiam indignos, prout ex ipsismet jam laudatis, in quibus hodie una cum Sisinio et Nectario vel Arsacius, hujus frater, vel hic simul et Acacius, ambo e Sanctorum numero, ut in Pretermissojam monui, certo eradendi, recensentur, Græcorum Fastis sacris liquet, Græci Sanctis accensent; verum si propterea e Sanctorum numero Nectarius debeat excludi, consecrarium erit, ut nullus, C Græcorum solis Fastis sacris inscriptus, accensendus Sanctis sit; id autem cum admittendum haud sit, solis etiam Græcorum Fastis sacris inscripti pro Sanctis sunt habendi, nisi mereri, ut ex horum numero excludantur, solide probentur; quare cum id quantum ad Nectarium rationibus supra adductis factum haud sit, nec aliunde petitis fieri, ut apparel, queat, eum sane, qui et virtute numeris omnibus absolute effusisse a Gregorio Nazianzeno, adulationibus minime assueto, in epistola, plus semel supra laudata, asseritur, et Viri sanctissimi titulo a S. Nicolao I Papa loco supra cit. donatur, Sanctis accensendum hosque inter Sancti titulo affclum Operi nostro inserendum existimavi, etsi interim solis Græcorum Fastis sacris exstet inscriptus.



Octobris Tomus V.

§ II. Quandonam et qua ratione Nectarius electus fuerit e neophyto Constantinopolitanus episcopus; in rebus officii sui sese instrui ab episcopo orthodoxo curavit, nec Novatianos in consilium adhibuit.

Circa anni 381 medium in Synodo Constantinopolitana, ad quam, Euchario et Nectarius an-  
Eugenio, ut Socrates lib. 5, cap. 8 affirmat, no Christi 381  
consulibus, mense Maio, centum et quinquaginta antistites, Theodosio imperatore, qui repente e neophyto  
orthodoxos imperii sui praesules, tum ut Ni-  
ceni concilii decreta confirmarent, tum ut  
Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum consti-  
tuerent, Constantinopolim vocari jussérat,  
arcessiti convenerant, S. Gregorius Nazianzenus pluribus Orientalium præsumul suffragiis episcopus urbis Constantinopolitanæ fue-  
rat electus communique omnium letitia in  
Constantinopolitanæ ecclesiæ throno colloca-  
tus. Verum, cum brevi post, exortis turbis,  
pacis atque concordia causa sese Sanctus ille  
dignitate obtenta in eadem, in qua eam accep-  
perat, synodo circa medium dicti anni 381  
sponte abdicasset, Nectarius ejus loco fuit  
electus. Dies quidem, quo id factum sit, de-  
terminari haud potest; verum, jam ante diem  
xxx Julii in cathedra Constantinopolitana  
Nectarium anno 381 sedisse, ex codice Theodo-  
siano lib. 16. tit. 1, leg. 3 in editione postuma Jacobi Gothofredi tom. 6 pag. 9 et 10 fit  
perspicuum. Ibidem enim in constitutione de  
fide catholica, quam edidit Theodosius III  
Kalend. Aug. Heracl. Eucherio et Syagrio coss.,  
id est, die xxx Julii in urbe Heraclea anno F  
381, ante alios antistites Nectari \* episcopi  
Constantinopolitanæ ecclesiæ mentio institui-  
tur. A tempore, sic sat prope jam determi-  
nato, quo Nectarius repente, dum neophytus  
dumtaxat adhuc esset, electus fuit Constanti-  
nopolitanus episcopus, ad rationem, qua mira  
ista electio acciderit, sermonem modo con-  
verto.

13 Sozomenus Hist. ecclesiast. lib. 7 cap. 8 illam sic exponit: Eo tempore Nectarius qui-  
dam, Tarsio Cilicie oriundus, vir senatorii ordi-  
nis, Constantinopoli degebat: qui cum in patriam reverti jam pararet, adiit Diodorum  
(Constantinopoli) scilicet, quo ad concilium  
venerat, tunc existentem episcopum Tarsi, ve-  
luti laturus epistolas, si quas ille Tarsum scri-  
bere voluisse. Forte tum Diodorus secum ipse  
tacitus agitabat, quisnam potissimum eligen-  
dus esset ad eam ordinationem, quæ tanta am-  
bitione celebrabatur. Qui Nectarium conspic-  
atus, eum episcopatu dignum esse censuit, statim-  
que in intimo mentis recessu suffragium suum  
ei contulit, canitem viri vultumque sacerdotio  
dignum et morum suavitatem considerans. Ita-  
que tanquam alterius negotii causa eum ad

in Constanti-  
nopolitanum  
episcopum, uli-  
hic a Sozome-  
no.

AUCTOR  
C. B.

episcopum Antiochensem deduxit; multisque laudibus prosecutus, oravit episcopum, ut illum suffragio suo adjuvaret. Ille vero in tanti momenti negotio, ubi multi illustres viri eligendi proponebantur, Diodori suffragium derisit. Nihilominus evocatum ad se Nectarium aliquantulum temporis operirijussit. Haud multo post cum imperator mandasset episopis, ut nomina eorum, quos quisque episcopatu dignos judicaret, in charta perscriberent, unumque ex omnibus eligendi facultatem sibi ipse reservasset, alii quidem aliorum nomina perscriperunt; Antiochenis autem ecclesie antistes scripsit et ipse eos, quos voluit; omnium tamen postremum adjecit Nectarium in gratiam Diodori.

narratur,  
modo  
eligitur.

14 Imperator igitur, perfecto indiculo eorum, qui inscripti fuerant, substitut in Nectario, et intenta mentis acie secum ipse consultabat, dígito in postremum vocabulum impresso: rursusque ad caput reversus, cum cunctos ordine percurisset, Nectarium elegit. Tum vero admiratio omnes invasit, quaerabantque, quis et unde esset Nectarius ille, et quod vita genus

B sectaretur. Cumque didicissent, ne sacro quidem lavacro eum initiatum esse, inopinatum principis judicium eo amplius mirabantur. Ignorab autem istud, ut opinor, etiam Diodorus: neque enim, si scivisset, ausus esset umquam viro nondum initiato sacerdoti suffragium dare; sed, ut verosimile, est, virum jam canum primam baptizatum fuisse existimabat. Verum haec non sine Dei nutu evenent, siquidem imperator, postquam eum Baptismi expertem esse intellexisset, in eadem sententia permansit, multis licet episcopis refragantibus. Postquam vero universi cesserunt et imperatoris sententiam suffragio suo comprobarunt, baptizatus est et adhuc Neophyti vestem induitus, communis totius concilii calculo episcopus Constantinopolis renuntiatur. Multi porro crediderunt, haec ita ab imperatore gesta esse, Deo id illi mandante ac praecipiente. Sed utrum id verum sit, necne, certo equidem affirmare non possum. Mihi tamen ipse persuaserim, non sine divina Providentia id actum esse, dum et ordinantis illius miraculum considero, et ex iis, quae consequentia sunt, animadvero, Deum mansuetissimo et optimo atque honestissimo viro hunc episcopatum conferre voluisse. Et haec quidem in ordinatione Nectarii ita gesta sunt, ut auditione accepi.

15 Quae de mirabili Nectari in episcopum Constantinopolitanum electione Sozomenus his verbis narrat, singulari Dei instinctui, ut sub finem indicat, non pauci adscripsero. At, ait in supra laudata Chronologica patriarcharum Constantinopolitanorum Historia num. 133. Cuperus, quo cum modo mirabilis illa electio facta sit, nonnullæ... narrationis (qua scilicet a Sozomeno per verba modo hoc transcripta exponitur) circumstantiae nobis parum verosimiles videntur. Faleor; nonnulla sane, quæ nec vero apparent similia, nec facile fidem apud quemlibet invenient, narratio illa complectitur; verum quid si in Nectarii electione singularis reipsa, ut a nonnullis creditum fuisse Sozomenus affimat, Dei instinctus seu divinæ voluntatis significatio intervenerit? Enimvero hoc in casu, quæ vero alioquin absimilia incredibiliaque apparent, haud amplius apparebunt hujusmodi. Vidit id Cuperus hincque postquam, quæ si biperum verosimilia videntur, dicta narratio-

nis adjuncta proposuit, Hist. mox iterum laudatae num. 134 sic loquitur: Si hic de Ambrosio Mediolanensi aut simili catechumeno sermo esset, mirabilem hujusmodi electionem singulari divine voluntatis significacioni adscribemus; sed non videmus, tales fuisse Nectarii dotes ante susceptum Baptisma, ut ad peculiarem Dei instinctum recurri hic debeat. Animi doles, quibus ante susceptum Baptisma ac proin ante suam in episcopum Constantinopolitanum electionem ornatus fuit Nectarius, tales certe, quales, dum e catechumeno Mediolanensi episcopus crearetur, erant Ambrosii, haud exstitisse, nemo forsitan ibit inficias; ast usque ad tempus, quo episcopus fuit electus, intemperantius equidem haud vixisse Nectarium, suadent, quæ num. 5 et 6 in medium adduxi; etsi autem, id sese in juventute fecisse, ipsam cervis, num. 4 hoc transcriptis, apud Sozomenum Nectarius testetur, inde tamen pro mirabili ejus electione recurri ad peculiarem Dei instinctum haud posse ac proin nec debere, consecularium non est.

16 Quid ni enim is, qui ras electionis esse Saulum nomenque suum ab eo coram regibus et gentibus portari volens, repente eundem ex Ecclesiæ persecutor fecit apostolum suamque hac de re voluntatem Ananias mirabil modo significavit, Nectarium et neophyto, qui corruptis in juventute moribus exstitisset, in episcopum Constantinopolitanum eligi coluisse, hancque suam voluntatem executioni per Theodosium imperatorem mandari peculiari instinctu curasse haud queal? At vero, addit Cuperus, Si electio illa tam prodigioso modo aut divino instinctu facta fuerit, mirum sane est, alias ecclesiasticae Historie scriptores id litteris non mandare, dum interim multo minutiora illius temporis gesta posteritati reliquerunt. Miror certe ego, hosce omnes ac ipsummet, qui Constantinopoli et natus et educatus erat, Socratem de raro ac mirando modo, quo Nectarium elegisse Theodosius a Sozomeno narratur, tacuisse; verum est pariter, cur, vel et neophyto in Constantinopolitanum episcopum electum fuisse Nectarium, unicuique appareat quam maxime mirum, neque tam, quin vere e neophyto in Constantinopolitanum episcopum electus fuerit Nectarius, F etsi interim res a solo etiam Sozomeno, reliquis, qui huic vel æquales vel suppare, fuerunt, scriptoribus eam tacentibus, affirmetur, revocandum est in dubium, cum S. Ambrosius, qui et ipse e Neophyto fuerat creatus episcopus, ordinationem suam per Nectarii et Neophyto in episcopum Constantinopolitanum ordinationem in epistola, ad ecclesiam Vercellensem anno 396 scripta, tacite excusat.

17 Quod autem ad divinum, quo Nectarii electio facta fuerit, instinctum spectat, cum is facile vel penitus ignorari vel haud sat exploratus haberi potuerit, non est, cur locum haud habuisse credatur, quod a nullis Historiæ Ecclesiasticae scriptoribus memoretur, ac ab ipsomet, a quo fuisse per nonnullos creditus refertur, Sozomeno in dubium, uti ex ejus supra hoc transcriptis verbis liquet, revocetur. Nectarium quidem, qui moribus placidus et in omni vita plane admirandus erat, a populo raptum ad episcopale munus obeundum et ab episcopis centum et quinquaginta, qui tum Constantinopoli aderant, ordinatum fuisse

credible apparet, locum non habuisse, ex aliorum

Is, in quo di-  
vinum insti-  
tutum interve-  
nisse,

Scriptorum  
silentio et So-  
zomenus rem ali-  
ter gestam  
narrat,

AUCTORE  
C. B.

A se episcopum, Socrates huc supra num. 6 trans scriptis verbis, nulla omnino vel miri, quo eum in episcopum Theodosius elegerit, modi, vel divini, quo id hic fecerit, instinctus mentione facta, dumtaxat docet; verum etsi sic habeat ac proin, Nectarium oblenem ac blandam agendi rationem seu gratal morum facilitatem et in episcopum a populo expetitum et huic haud difficulterepiscopos assensos fuisse, vero appareat haud absimile, nihil tamen impedit, quo minus tam quæ a Sozomeno, quam quæ a Socrate narrantur, ad Nectari electionem concurrisse credantur.

hand probatur;

18 Quid ni enim factum esse queat, ut, declaratione, qua Theodosius, utl Baptismi expertem esse Nectarium, jam eductus, in hujus tamen in episcopum, quam fecerat, electione sese perstare, episcopis elixerat, ad populum delata, Nectarium hæc a sese raptum ac ad concilium abductum in episcopum ab episcopis ordinari postularit, hique demum, Theodosio, qui e dictis non secus ac populus Nectarium in episcopum desiderabat, præsente, Ba-

B tismate primum ei collato, id fecerint? Id certe ego haud perspicio; quare, cum auctores, qui pugnare utcumque sese inter videntur, non collidendi, sed, si fieri commode possit, componendi sint, rationi consentaneum est, ut, quemadmodum possunt, ita etiam re ipsa ad Nectarii electionem, tam quæ Sozomenus, quam quæ Socrates narrat, concurrisse credantur. Episcopi, qui anno post Nectarii electionem proxime Constantinopolim iterum convenere, in sua ad Damasum aliosque per Occidentem episcopos epistola rationem tandem eorum, quæ in Synodo Constantinopolitana, secundæ oecumenica nomine distingui solita, gesta fuerant, reddentes, de Nectarii electione sequentem loquuntur in modum: Ecclesia Constantinopolitana... reverendissimum sanctissimumque Nectarium in concilio generali communione consensu, præsente Theodosio imperatore religiosissimo, totius denique cleri totiusque civitatis suffragiis, episcopum constitutum.

etsi autem certus non sit,

C 19 Ita illi, haudquam certa his suis verbis impedientes, quo minus in Nectarii electione concurrisse putentur, tam quæ a Sozomeno, etsi sic habeat, ne tamen hæc omnia re etiam ipsa habuisse locum, absque omni dubitatione opiner, ipsem facit Sozomenus. Cum enim, sese, non e probatæ fidei documentis hausisse, sed auditione dimitata, quæ de Nectarii in episcopum ordinatione narravit, acceptisse, sub verborum, num. 18 et seq. huc transcriptorum, finem insinuet, hæc omnia, utpote e sola forsitan traditione populari hausta, veritati exactæ ubique haud esse consona, suspicandi ansam præbet. Viderit id haud dubie Baroni, piissimumque Theodosium in Nectarii electionesibi tantum, quandam ait Sozomenus, arrogasse juris, verosimile haud ratus, de hac apud nos tom. 2 Maii in S. Gregorii Nazianzeni, quam contextit, Vita num. 148 sic scribit: Qui autem, postquam Gregorii Nazianzeni a sede Constantinopolitana abdicationem ratam habuisset Theodosius, in concilio Constantinopolitano, remanserunt episcopi, cum de subrogando alium in loco Gregorii mutuo dissiderent, alii alii faventibus; tandem cum nulla esset spes concordie, ut in eamdem omnes coirent sententiam; pla-

cuit, ut, scriptis multarum nominibus, imperatori deferretur, quem vellet ex notatis eligere. Erat ultimo loco in schedula conscriptus Nectarius, adhuc catechumenus ex prefectus, nuper enim gesserat prefecturam urbanam. Hunc, ceteris posthabitis, Theodosius imperator elegit. Quod si itaque Baroni, qui, que hic de urbana Nectarii præfectura ait, verosimiliter e Sozomeno partim et partim e Socrate conjectarit, vero hic memoret, Theodosius jure seu potestate, non quam sibimet ipsi arrogarat, sed quam a concilio accepérat, Nectarium elegerit Constantinopolitanum episcopum.

Nectarius  
equidem legitimus,  
timus,

20 Ast quocunque denum modo sive a Theodosio, sive a concilio, sive a clero et populo, sive denique ab omnibus his simul Nectarius fuerit electus, legitimus equidem existit ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopus. Nec contrarium probari potest et concilii Italici anno 381 paulo post supra memoratum Constantinopolitanum celebrati, secunda ad Theodosium imperatorem epistola. In hac quidem apud Labrum tom. 2 concil. col. 1008 Ambrosius ceterisque, quorum nomine, cum e fama dumtaxat adhuc, ut apparet, res in Constantinopolitano gestas haberent perspectas, fuit conscripta, Italice episcopi sequentem loquuntur in modum: Nectarium autem cum nuper nostra mediocritas Constantinopoli cognoverit ordinatum, cohærer communione nostram cum Orientalibus patribus non videmus. Præsentim cum ab iisdem Nectarius dicitur illico sine communionis consortio destitutus, a quibus fuerat ordinatus. Non mediocris igitur hic scrupulus. Nec quendam nos angit de domestico studio et ambitione contentio, sed communio soluta et dissociata perturbat. Nec videmus, eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus, aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientalemque concilium; ita autem, qua ad se dem Constantinopolitanam promotus fuit Nectarius, electionem, ab episcopis, qui anno hanc proxime secuto, Constantinopolim convenere, magnifice verbis, num. 18 huc transcriptis jactatam, sese legitimam haud censuisse, luculent produnt.

F  
electione ejus  
a Damaso Pa-  
pa approbata,

21 Ast hi, Maximi philosophi Cynici, qui sedem Constantinopolitanam vi occupare tentarunt, mendaciis et fraudibus decepti, hujusmodi haud dubie, uti ea iis, quæ Cuperus in supra laudata Chronologica Patriarcharum Constantinopolitanorum Historia num. 119 et duobus seqq. scribit, primum est colligere, tulerint judicium. Ut ut sit, haud multum equidem temporis effluxit, quin, quod ad Nectarii electionis firmitatem ac, ut esset legitima, requiri, ipsem, ut mox videbimus, Theodosius judicarar, Romanus Pontifex Damasus concesserit. Qui id factum sit, expono. Apud Labrum tom. 4 Conciliorum exstat Bonifacii Papæ epistola, in qua hic ibidem col. 1708 quibusdam Macedoniarum vicinarumque regionum episcopis anno 422 sic schribit: Clementissime recordationis princeps Theodosius Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem missis et latere suo aulicis cum episcopis, formatam (literas scilicet communionis indices) hinc Se de Romana dirigi regulariter depoposcit. Theodosius itaque, qui, quemadmodum ex hisce Bonifacii verbis intelligitur, Nectarii electionem,

quod

AUCTORE  
C. P.

quod absque Romanæ Sedis cognitione et consensu esset peracta, haud sat firmam existimabat, roborari illam seu confirmari ab eadem Sede, missa ad demasum Papam, quæ ex auctoribus et episcopis erat composita, legatione, postulavit. Nec, quin hic imperatoris postulationi obsecutus sit, dubitare sinunt verba, e Nicolai I Papæ ad Photium litteris num. 2 huc transcripta. *Iis enim ob ingentem, qua pressa fuerat Constantinopolitana ecclesia, necessitatem Nectarii promotionem is sanctus Pontifex excusat, id utique, nisi haec a Sede Apostolica fuisset probata, haud facturus.*

*ecclesiae Constantiopolitanae existit episcopus,*

22 Verum an ante, an post epistolam, ab episcopis, qui CPolim anno a Nectarii promotione proximo convenero, ad Damasum aliosque episcopos Occidentales scriptam, ratam hanc Sedes Apostolica habuit? In epistola ista, uti eam apud Theoderetum Hist. Ecclesiastice lib. 5, cap. 9 ecolventi patescat, nulla omnino necessitatis, cuius causa et statu laicali ad ordinem sacerdotalem promotus fuerit Nectarius, mentio occurrit, cumque nihilominus Nectarii promotione a Sede Apostolica ob talen necessitatibus excusationem fuerit et jam dictis approbata, haec verosimillime ab episcopis supra memoratam Theodosii ad Damasum Papam legationem partim componentibus, fuerit adducta; quare, cum hec dicta episcoporum Orientalium ad Damasum epistola indubie fuerit anterior, verosimillime et hac anterior extiterit, quæ ob excusationem, a legationis istius episcoporum adduciam, facta et jam dictis est, promotionis Nectarii a Sede Apostolica approbatio. Verum haec de mira Nectarii ad sedem Constantinopolitanam promotione hujusque a Damaso Papa, quæ, quemadmodum ejam dicti primum est colligere, verosimillime vel ipsomet, quo concilium Constantinopolitanum celebratum fuit, anno 351 vel certe haud diu post locum habuerit, facta approbatione modo dicta, ut, Nectarium existimat legitimum ecclesiae Constantinopolitanæ episcopum, patescat, sufficiat. Ad ea, quæ Nectarius jam episcopus erit, sermonem converto.

*instructiorque apprime orthodoxo usus, collationis Constantino-politana*

23 Nectarius, qui sese nec sufficiemt rerum ecclesiasticarum peritiam, nec doctrinam præcelso, ad quod inopinato fuerat electus, muneri digne obeundo parem habere, noscebat, a Diôdoro, Tarsensi episcopo, qui ad ejus in episcopum Constantinopolitanum electionem plurimum, ut Sozomeni verba, num. 13 huc transcripta, fidem faciunt, contulerat, prudenter ac provide, ut Cyriacus, apprime orthodoxus Adanorum episcopus, a quo rerum, ad sacerdotale suum officium spectantium, scientia imbueretur, Constantinopoli, iam finito Constantinopolitano concilio, aliquamdiu adhuc secum maneret, postulavit, ac, ut Sozomenus verbi num. 4 recitat, testatur, Cilicas præterea et ipse Cilicias multos alios, ut secum morarentur ac suam, ut verosimile appareat, ei operam in gubernanda Constantinopolitanæ ecclesia addicerent, pellexit. Neque vero Nectarius, unde et ejus in faciendis, quæ jam dixi, prudentia laudanda, diu admodum sedem Constantinopolitanam occuparat, cum et doctrina ipse et doctorum quoruncumque consilio alio ope quam maxime indiguit. Qua occasione id acciderit, e modo hic in medium adducendum ox intelliges. Sozomenus lib. 7 Historiae Ecclesiastice cap. 12 sic scri-

bit: Imperator .. Theodosius, exiguo tempore D (vix biennio nimirum) post priorem synodum (Constantinopolitanam videlicet, anno 381, ut dictum, celebratam) elapsa, sectarum, quæ tum temporis maxime vigebant, principes iterum convocavit, ut de iis, quorum causa dissidabant, rationem redderent aut acciperent. Sperabat enim, perfectum se, ut omnes inter se consentirent, si communem ipsis disputationem de controversiis fidei proposuisset.

24 Cum igitur convenissent, Merobaude *cujus hic e Sozomeno* et Saturnino consulibus, quo anno (nempe, qui ita designatur, 383) Theodosius Arcadium filium suum imperii consortem sibi adjunxit, imperator, evocato ad se Nectario, de futura synodo cum eo communicavit, justis, ut quæstiones, ex quibus natæ erant hæreses, disceptandas proponeret, quo una fieret ecclesia credentium in Christum et doctrina fidei concors stabiliretur. Porro Nectarius, domum reversus, cum variis curis angeretur, Agelio Novatianorum episcopo, ut qui eandem cum ipso fidem (*in iis scilicet, quæ ad Nicenum Symbolum pertinebant*) teneret, consilium imperatoris aperuit. Agelius vero, utpote qui vita sanctimoniam factis ipsis profitebatur, in dicendo vero hac disputando parum erat exercitatus, alterum vice sua propositus, qui et dispicere quid agendum esset et disputare, si opus foret, egregie calleret, Sisinnium nomine, qui tum quidem lector sub ipso erat, postea vero episcopus ibidem Novatianorum fuit; virum intelligendi facultate ac dicendi copia prædictum; qui sacrorum librorum expositiones accurate didicerat et multiplicem habebat notitiam eorum, quæ tum ab ethniciis, tum ab ecclesiasticis auctoribus scripta erant. Hic, pro loco ac tempore rectissime consulere visus, auctor fuit, ut fugerent disputationes cum hæreticis, tanquam contentions ac dissidiis fomites, interrogantque potius illos, num admittent eos doctores atque interpretes sacrarum Scripturarum, qui ante dissidium Ecclesiæ vixissent. Etenim, aiebat, si istorum testimonia rejecerint, a suis consortibus explodantur; si vero illos ad dirimendas controversias indoneos esse arbitrabuntur, proferendi sunt eorum libri. F Probe enim norat, antiquos, qui Filium Patri coeterum credi reperissent, numquam ausus fuisse dicere, quod generationis sue aliquod habuisset initium.

25 Cum igitur Nectario id placuisse, et imperator certior factus consilium approbasset, tentare coepit hereticorum animos, quidnam ipsi de veterum interpretationibus sentirent. Qui cum eas magnopere laudassent, imperator apertus ex iis percontatus est, utrum ex illorum dictis controversias decisuri essent et num illos idoneos doctrinae testes judicarent. Cum vero hac etiam de re inter sectarum principes orta esset dissensio, neque enim eadem omnes de veterum libris sentiebant, intellexit imperator, illos opinonum suarum alterationibus confisos, conditionem propositam recusare, et, damnato illorum consilio, jussit, ut unaqueque secta fidei sua formulam scripto comprehensam ipsi traduceret. Postquam dies illuxit, quæ huius negotio constituta fuerat, convenerunt in palatium, pro iis quidem, qui Trinitatem consubstantiale profitabantur, Nectarius et Angelius, pro Arianis autem Demophilus ejus sectæ antistes; pro Eunomianis Eunomius ipse; pro iis vero,

A vero, qui Macedoniani dicuntur, Eleusius, episcopus Cyzicenus. Porro acceptis singulorum libellis, eam solam fidei formulam imperator probavit, quae Trinitatem consubstantiam assereret; reliquias vero tanquam huic adversantes discepserit. Ac Novatianis quidem nihil ex hoc negotio accidit prater sententiam. Idem enim, quod Ecclesia Catholicæ de Divinitate sentiunt. Cæteri vero episcopii suis succensuerunt, quod coram imperatore, pugnantia secum ipsis atque contraria, imperite dixissent. Multi etiam, damnatis illis, ad eam fidem, quæ probata fuerat, se transulerunt. Cæterum imperator lege lata præcepit, ne hæretici collectas agerent, neve de fide docerent, neve episcopos, aut alios ordinarent; utque alii quidem urbis et agris pellerentur; alii vero nortarentur infamia, nec jus æquum civitatis cum reliquis civibus possiderent. Et graves quidem paenæ legibus suis adscipserit; haudquaquam tam executioni mandavit. Neque enim punire subditos, sed terrere tantummodo studebat, ut idem cum ipso de Divinitate sentirent. Nam B et illos laudabat, qui sua sponte converterentur.

*occasio No-  
vatiōis duos  
in consilium  
adhibuit*

26 Hæc omnia hactenus Sozomenus; eadem autem et quidem nonnihil fusius lib. 5 Hist. Ecclesiast., cap. 10 Socrates etiam refert, sub finem adjungens, Theodosium dein Novatianis, quod eorum fidem reperisset catholicorum de Sanctissimæ Trinitatis consubstantialitate fidei consonam, fuisse lege lata, ut et oratoria sua absque metu possidere et iisdem, quibus catholici, privilegiis gaudere possent, statuisse. Quod si itaque duobus illis scriptoribus assentendum hic sit, Theodosius, hæreticos omnes adducere ad unam eademque fidem Catholicam desiderans, præcipuous variarum hæresium seu sectarum propugnatores ad synodus vocavit, cumque hi, pro Ariani scilicet Demophilus, pro Eunomianis ipse Eunomius proque iis, qui Macedoniani dicebantur, Eleusius episcopus Cyzicenus, Constantinopolim, Merobaudem iterum et Saturnine consulibus, id est, anno 383 et quidem, ut Socrates addit, mensis Junio convenienter, Nectarium, ab imperatore, ut quæstiones, e quibus natæ essent hæreses, disceptandas, seu examini, quo doctrina fidei concors stabiliret, subjiciendas proposueret, jussus, duos dumtaxat in tanti, quæ maxime angebatur, momenti re Novatianos, Agelium videlicet episcopum hujusque lectorem, nonne Sisinnium, in consilium, utcumque quidem, quem duo illi scriptores exponunt, felici, sed lamen eatenuis pudendo successu adhibuit.

a Socrate et  
Sozomeno, a  
Baronio ide-  
co huc explosus

27 Verum Baronius, qui, contra ac Socrates et Sozomenus insinuare videntur, memora ab his synodo seu collationi plures etiam episcopos Catholicos interfuerint, ac proin partem in illa solum ex orthodoxis Nectarium haud habuisse, persuasum sibi, et quidem ex infra dicendis merito, habuit, Sozomeni fere integro, quem jam e Valesii versioni recitavi, textu in Annales suos ecclesiasticos ad annum 383, num. 16 et duobus seqq. e Christophorsoni versione illato, ita deinde prosequitur: At quoniam suspecta fides est hæreticorum, de suis dogmatibus et eorum sectatoribus aliiquid affirmantium, aequæ nobis dubium reditur, immo, ut verius dicam, mendacium esse convincitur totum hoc, quod de Nectario ait, in causa tanti momenti Novatianum episcopum

consuluisse, atque, ut illud, usurpem, perinde aesi in Israël Deus non esset, Deum Accaron adiisse. Quis sibi persuadeat, in eam synodum, in qua fortiores hæresum propugnatores audienti essent, non vocatos esse a Theodosio Catholicos episcopos, qui doctrina ceteris eminerent, ut inter alios Gregorium Nyssenum, quem constat non solum hoc tempore fuisse superstitem, sed et plures adhuc vixisse annos, Amphilochium Iconii episcopum aequæ disertum, Diodorum Tarsensem eundemque Nectarii studiosum et illos ipsos, quos idem Diodorus de derat eidem Nectario in divinis litteris consultores atque doctores; ut Euagrium relictum a Gregorio Nazianzeno prætermittamus atque alios plures, quibus synodus creditur abundasse, qui omnes Agelium decrepitum senem et juvenem Sisinnium antecellerent doctrina rerumque peritia. Quis igitur persuadere sibi poterit, his omnibus posthabitis, Nectarium convenisse Novatianos hæreticos eorumque prescripto dum taxat rem tantam administrasse et in tanto negotio, tacitibus reliquis, soli Nectario cum hæreticorum antisignanis sermonem habere permisum esse?

28 Hæc laudatus Annalium ecclesiastico rum patens, qui cum Gregorium Nazianzenum inter et Nectarium parum huic hoministicam, quam supra num. 3 proposui, comparationem instituat, locoque non uno Nectario laudando haud admodum idonea ad ducat, certe e præpostero in hunc affectu nimio favore Sozomenum et Socratem verbis jam datis explosisse censendus non est; etsi autem, contra ac existimat, hi ambo, non hæretici, sed, quemadmodum Valesius ante eorum Opera, Græco-Latine a sese edita, ostendit, orthodoxi extiterint, Novatianis tamen, ut Bellarminus de Scriptoribus ecclesiasticis ait, ne ipsem diffletur Valesius, fuisse dignoscuntur, idque ad illorum in iis, quæ in hæreticorum istorum laudem commemorant, fidem elevandam sufficit. Et vero, dum Constantinopolitanæ, de qua hic nobis sermo, synodo seu collationi nullos orthodoxos episcopos, si unum exceperis Nectarium, interfuerint, insinuant, tuto illis ac nominativum Socrati, dum præterea, fuisse a Theodosio in Novatianorum favorem, synodo finita, legem latam, affirmat, credi sane haud posse, ejam nunc dicendis patescat. Theodosius imperator, qui, ut dictum, synodum istam seu concilium, ut hæreticos omnes sub una fide concretel, congregarat, hosce ad sese vocatos officiis sibi devincire est conatos, cumque indulgentius, quam par esset, cum iis agere videretur, orthodoci inde, veriti scilicet, ne imperator, illorum circumventus astutia, præcepis delaberetur in hæresim, nonnihil fuere commoti.

29 Ita fere in Ann. Eccles. ad annum 383, falso indubie, num. 20 idem Baronius, qui deinde, imperatorem idcirco ab Amphilochio, Iconiensi episcopo, cum factis, tum verbis redargutum fuisse, præfatus, qui res gesta sit, exponit ipsis mel, quæ Theodoretus lib. 5, cap. 16 suppeditat, e Christophorsoni versione verbis, quibus ego, quæ Valesii versio exhibet, sequentia hæc substituo: Ingressus... denuo (Amphilochius) in palatum, cum Arcadium filium imperatori adstantem vidisset, quem ille paulo ante Augustum renuntiaverat, ipsum quidem imperatorem solito more salutavit, filium vero honoris exper-

tem

AUCTORE  
C. B.

tem dimisit. Imperator vero id ab Amphilochio per oblivionem existimans factum, accedere eum jussit et filium osculari. Vero Amphilochius sufficere ei honorem dixit, quem ipsi exhibuerat. Quod indigne ferens imperator, contemptum filii suam esse aiebat injuriam. Tum vero sapientissimus Amphilochius facti sui causam aperuit et contenta voce dixit: Vides, imperator, te filii tui contumeliam ferre non posse, sed succensere iis, qui illi contumeliam faciunt. Crede igitur, Deum quoque hujus universi eos aversari, qui Filium ipsius Unigenitum blasphemant; eosque tanquam ingratos erga Servatorem ac bene de se meritum, odio habere. Re hoc modo intellecta, imperator, tum dictum, tum factum Amphilochii admodum miratus, legem exempli dedit, qua haereticorum conventicula vetabantur.

hic in medium

30 Theodoretus quidem, isthoc Amphilochii factum tum demum, cum Theodosius a cæde Maximi tyranni Constantinopolim ex Occidente esset reversus, accidisse, sub cap. proxime citati initium prodit; verum, cum Theodosius anno demum 391, uti apud Pagum in Critici videare licet, Constantinopolim ex Occidente, cæso tyranno Maximo, sit reversus, Amphilochius jam relatum factum, cum haud diu Augustus a Theodosio, quod, quemadmodum Socrates Hist. Ecclesiastice lib. 5, cap. 10 docet, Merobaude iterum et Saturnino consulibus die septimo decimo Calendas Februarii, ac proin anno 388 die xvi Januarii evenit, Arcadius fuisse renuntiatus, habuisse locum, mox data Theodoreti narratio feral, necesse est, ut Amphilochii, de quo hic, factum, anno 388, imo vero Constantinopolitanum, quod e supra dictis anno isthoc, mense Junio ac proin haud diu postquam a Theodosio Augustus renuntiatus Arcadius fuisse, celebratum pro pace Ecclesiae fuit, conciliū tempore acciderit. Erit quidem fortassis nonnemo, qui reponat, potius id, quod capituli dicti initio, quam quod deinde in narratione, num. proxime prægresso data, Theodoretus affirmat, esse credendum, ac proin Amphilochii, de quo hic, factum, non anno 388 seu tunc, cum haud diu Augustus creatus a Theodosio Arcadius fuisse, sed anno 391 seu tum demum, cum a tyranni Maximi cæde Constantinopolim ex Occidente Theodosius esset reversus, consignandum.

adducuntur,

31 Verum quo minus fieri id queat, impediunt, quibus dicta narratio terminatur, Theodoreti verba. Hisce enim statim post Amphilochii, quod illa exponit, factum latam fuisse, quahereticorum conventicula vetabantur, a Theodosio legem, diserte traditur; quare cum in codice Theodosiano lib. 16, tit. 5 de haereticis lege xi, quia ad Postumianum prætorum præfectum viii. Kal. Aug. CEP. Merobaude. Saturnino coss., ac proin die xxv Julii anno 388 data notatur, omnibus omnino haereticis, ut nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant, a Theodosio præcipiantur, necnulla lex hujusmodi, quae in Oriente a Theodosio, post Maximi cædem Constantinopolim reverso, anno 391 lata fuerit, reperiatur, consecutum est, ut supra relatum Amphilochii factum, post quod extemplo legem, qua vetabantur haereticorum conventicula, a Theodosio latam, Theodoretus tradit, haud dubie anno 388 et quidem ante

hujus xxv Julii diem, quo e dictis lex, haereticorum conventicula velans, a Theodosio lata fuit, acciderit. Jam vero cum sic habeat Amphilochiusque tunc, cum factum illud locum habuit, Constantinopoli et quidem in imperatoris palatio, teste Theodoreto, fuerit versatus, quis eum tunc seu anno 388 concilio, pro Ecclesie pace ibidem celebrato, interfuisse, eat inficias? Nec tantum Amphilochium, sed et plures alios orthodoxos episcopos eidem concilio interfuisse, fas est colligere e duabus, quarum altera 74, altera ordine est 72, epistolis, a Gregorio Nazianzeno ad Postumianum, anno 388 prætorio præfectum et Saturninum, qui anno eodem consultatum cum Merobaude gessit, conscriptis.

32 In harum enim priori Gregorius ad Postumianum sic scribit: Nihil tam imperio tuo convenire existimat (quando quidem rursus episcoporum synodus celebratur, haud scio qua de causa aut quomodo coeunt) quam ut te prefecto ac tua opera ecclesie ad pacem reducantur, etiamsi eos, qui dissidiis et factionibus contendunt, apertius objurgare oporteat. Quod si cuiquam nimium curiosus esse videar, quod, cum a negotiis secesserim, non tamen curam et solitudinem abjecerim, hoc memineris, non quemadmodum a throno et fastuoso supercilio, ita etiam a pietate secessimus. Quin potius eo majorem fidem auctoritatempore apud te habiturus mihi videor, ut qui non rem meam privatam, sed publicam utilitatem curem; in posteriore vero ad Saturninum consularē sequentia isthac, nonnullis aliis praemissis, commemorat: Omnia apud nos Dei Beneficio recte se habent, hoc uno excepto, quod de ecclesiis anxiis et solliciti sumus tam fidei perturbatis. His quidquid operis affere potueris ad communem concordiam et re et sermone impigre constitue. Quandoquidem rursus episcopi coeunt, metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundantur, si haec quoque synodus parum præclarum finem haberit, quemadmodum et prius. Cum itaque Gregorius, uti ex hisce, quibus in duabus iam dictis epistolis utitur, verbis liquet, de felici synodi, quae tunc seu anno 388 celebrabatur, successu sit sollicitus, certeque, si ab Heterodoxis dumtaxate episcopis celebrata huc fuisse, ita animo haud futurus fuisse affectus, haud dubie inter episcopos, quos ad illam coire ait, nonnulli orthodoxi existenterint, est que proinde certo, solum ea orthodoxis Nectarium synodo isti seu concilio, ut Socrates et Sozomenus insinuant, interfuisse, aero atie-

F  
peram asse-  
ritur.

33 Atque hoc quidem tam uni, quam alteri e scriptoribus hisce, ut jam supra innui, est commune; verum Constantinopolitanum anno 383 pro Ecclesie pace celebrati conciliū occasione fuisse lege lata, ut Novatiani ecclesias suas seu oratoria absque ullo metu possidere iisdemque, quibus Catholici, privilegiis gaudere possent, a Theodosio statutum, Socrates præterea, ut jam supra monui, et quidem solus affirmat; iā autem appetat a vero patriter alienum. Ita autem primo quidem, quod legem talem a Theodosio fuisse tum latam, Sozomenus haud dicat, deinde vero, quod in Theodosiano apud Gothofredum codice nulla etiam usquam lex hujusmodi reperiatur. Nulla quidem in ejusdem codicis lege,

AUCTORE  
C. B.

A lege, anno 383 vigesima quinta Julii die data, qua, ne conventus hæretici agant, inhibetur horumque, quibus id velatur, sectæ nomine tenus exprimuntur, Noratianorum mentio occurrit; verum, etsi quidem inde, non fuisse id ipsum, quod reliquis hæreticis, Noratianis prohibitum, haud lamen etiam in horum favorem legem, qua, ut et oratoria propria possidere et iisdem, quibus Catholici, privilegiis gaudere possent, Theodosii jussu proditisse, protest inferri. Jam vero, cum sic habeat ac proin tam Socrates quam Sozomenus in iis, que de synodo, a Theodosio pro pace Ecclesiæ procuranda anno 383 convocata, fidem integrum haud mereantur, non est etiam, cur eorum auctoritate impulsi, fuisse tunc a Nectario duos hæreticos Novatianos, Agelium videlicet episcopum ejusque diaconum Sisinnium in consilium, neglectis quibuscumque orthodoxis, adhibitos, credamus, idque adeo, quod hac de re avint, rejicere cum Baronio utero perperam ab iis assertum minime reveremur, etsi interim res a Nicephoro Callisto, Socratem et B Sozomenum hic, ut sappissime alias, secuto, Historia Ecclesiastica lib. 12, cap. 15 etiam asseratur. Ad res modo, synodo seu collatione Constantinopolitana jam dicta posteriores ac quoquo modo ad Nectarium spectantes, quas § seq. exponere statui, progrediāmur.

### § III. Nectarius a Gregorio Nazianzeno, ut imperatorem contra Apollinaristas excitet, epistola monetur; quandonam hanc acceperit, post obierit, quid adhuc egerit et presbyterum pœnitentiarium abrogando effecrit.

**C** *T*heodosius eodem, quo synodus seu collatio Nectarium, qui a Nazianzeno per epistolam vel anno, supra memorata CPoli celebrata est, anno 383 duo dedit ad Posthumianum, prætorio præfectum, aduersus omnes, quae tunc grassabantur, hæreses rescripta. Hisce Arianos, Eunomianos, Macedonianos, Apollinarianos, Encratitas, Apotactitas, Saccophoros et Hydropastatas, urbe agrisque pellendos sanciens, iisdem præterea omnem conventus agendi protestatem admitem ministeriorumque ordinatiōnem inhibuit. Verum cum postea, contemptis hisce imperatoris legibus, cuiuscis generis hæretici Constantinopoli nihilominus libere degerent ac conventicula haberent, Gregorius Nazianzenus prolixam, quae Operum ejus tom. 1 a pag. 721 extat inserta, scripsit ad Nectarium epistolam, suaviter iuxta ac fortiter hac illum, ut imperatore ad compescendos Apollinaristas excitet, extimulans. Ex epistola illa, quam jam supra partim transcripsi, Nectarium Sanctis haud accensem, valide haud probari, luculenter, ni fallor, ostendunt, quæ de hoc argumēto ibidem disservi. Verum quandonam illa admoneri Nectarium a Gregorio contigerit, determinatum nondum

est, lubetque proinde id modo hic præstare. Admonitoriam istam ad Nectarium epistolam fuisse vel anno 384 vel etiam ante hunc exaratum, Baronius in Annal. eccl. ad dictum annum num. 32 existimasse videtur; verum id serius factum, postea, ut appareat, mutata sententia, in S. Gregorii Nazianzeni, quam contextuuit, Vila, Operis nostrum, 2 Maii inserta, num. 165 est arbitratus videturque posterior hæc eius opinio amplectenda, uti ejam nunc dicendis palescat.

*ut ex eo, quod illa ad secundam et duabus, que hic reci-*  
*tanuntur,*

35 In codice Theodosianus lib. 16, tit. de Hæreticis duæ existant contra hos Theodosii leges, quarum altera xii. Kal. Feb. CP. Richomere et Clearcho coss., id est, die xxi Januarii anno 384, altera vi. Id Mart. Thessal. Theodosio A. II et Cynegio coss., id est die x Martii anno 388 data notatur. Ad harum legum alterutram ferendam Theodosium fuisse Gregorii Nazianzeni jam dicta ad Nectarium epistola impulsam, appareat indubitatum. Ut itaque annus, quo circiter scripta hæc sit ac proin Nectarium a Gregorio Nazianzeno admoneri contigerit, innoscet, fueritne ea- E dem ad primam, an ad secundam e dictis legibus ferendam Theodosius commotus, hic statuendum. Ut id faciam, hasce ambas huic transcribo, ut cum præcipuis Gregorii epistola capitulo, infra hic memorandis, comode a lectore queant conferri sieque ad utram ferendam fuerit hac Theodosius impulsus, determinari. Prior sic habet: Eunomiani, Macedoniani, Arriani necnon Apollinariani, inter sacre religionis officia, pro suis erroribus, famosa sunt nomina. Omnes itaque, qui harum professionum vel pontificium sibi vel ministerium vindicarunt; qui se fugati nominis adserunt sacerdos, quique in criminosa religione ministrorum sibi imponunt, qui docere se dicunt, quod aut nescire aut discere sit dedecorum, omnibus hujus urbis latebris, indagine curiosiore perspectis, sine ulla gratiæ interventione pellantur; in aliis locis vivant ac penitus a bonorum congresibus separantur. Datum xii Kal. Feb. etc. Posterior vero his verbis concipitur: Apollinarios, cæterosque diversarum hæresum sectatores ab omnibus locis jubemus inhiberi, a mœnibus urbium, a congressu honestorum, a communione Sanctorum; instituendorum clericorum non habeant potestatem; colligendarum congregationum vel in publicis vel in privatis ecclesiis careant facultate; nulla iis episcoporum faciendorum præbeatur auctoritas; ipsi quoque episcopi nomine destituti, appellationem hujus dignitatis amittant; adeant loca, que hos potissimum, quasi vallo quadammodo ab humana communione secludant. His etiam illud nectimus, ut supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram auditus denegetur. Datum vi. Id. Mart. etc.

36 Tales sunt duæ, quas hoc transcribendas duæ, Theodosii leges; Nazianzeni autem ad Nectarium epistola, quæ ad harum alterutram ferendam imperator fuit impulsus, tria præcipua, de quibus Gregorius quam maxime con queritur, sunt capita. Horum primum est Arrogantia et audacia, qua Ariani ecclesiæ seu congregations, veluti facultate sibi ad hoc facta, colligebant; secundum temeritas, qua Macedoniani eo etiam, ut episcoporum nomen sibi ipsis adscisere, ac

*legibus ferendam impulsus fuerit Theodo-*  
*sius,*

AUCTORIS  
C. B.

ac tertium denique Apollinaristis concessa, ad quam revocandam se ad cœtus hæreticis hisce iterum interdicendos imperatorem ut inducat, Nectarium vehementissime Gregorius hortatur, conventus agendi facultas. Confer nunc haec cum duabus mox huc transcriptis Theodosii legibus, certe que non ad harum primam, ut pote a Theodosio, cum Eunomianorum, Macedonianorum, Arrianorum et Apollinariorum sacerdotes et ministros, per rescriptum, anno 303 die Septembris tertia datum, ad proprias terras migrare jussos, Constantinopoli adhuc latere intellexisset, idcirco dumtaxat, ut hi, indagine curiosiore perquisiti, ex urbe expellerentur, latam, sed ad secundum, utpote quo congregations colligendi seu cœtus agendi facultas, episcopos faciendo eosque, qui jam ad dignitatem illam essent electi, episcoporum appellazione distinguendi auctoritatis hæreticis omnibus ac nominatum Apollinaristis admittitur, serendam, motum fuisse Gregorii epistola Theodosium, videbis.

B 37 Jam vero, cum sic habeat ac durarum dictarum legum prior anno 384, posterior anno 388 fuerit, ut jam docui, lata, consecrarium fit, ut Gregorii, qua e dictis non ad illam, sed ad hanc serendam Theodosius motus fuit, epistola, verosimilime non ante annum 384, sed vel ipso anno 388 vel aliquanto dumtaxat citius fuerit conscripta. Reponi quidem potest, posteriorem e duabus dictis Theodosii legibus Thessalonicae datum notari eoque Constantinopoli jam inde ab anno 387 imperatorem hunc abiisse ac proin necesse apparere, ut Gregorii epistola, utpote qua sibi a Nectario exhibita Theodosius, ut dictum, fuerit ad legem illam serendam motus, non anno 388, sed anno vel hunc proxime prægresso, vel altero etiam anteriori fuerit conscripta. Verumquid si factum esse queat, ut Nectarius epistolam, a Gregorio Constantinopolim ad se anno denum 388 missem, Theodosio, etiamsi haud amplius Constantinopolitum, sed Thessalonice existenti, exhiberi, epistola etiam, qua, quod Nectarius petebat, executioni a Theodosio mandari postularit, adjuncta, curarit? Ut sit, fuisse epistolam illam, si non anno 388, anno equidem haud

C longe anteriori conscriptam, verosimile mihi vel ex eo appareat, quod ea ejam dictis fuerit ad legem, quæ anno 388 data notatur, serendam induxit, idque vix illa veri specie dici posset, si diu, antequam haec feretur, seu ante annum 388 fuisset ista epistola conscripta.

38 Quod itaque di Nectario, officii per Gregorium Nazianzenum admonito, ex eadem hujus ad illum epistola erutur, id verosimilime circa annum 388 contigeret; Nectarium autem id, ad quod Gregorio illa excitabatur, verosimilime præstissime, suadent præter jam dicta etiam due, quarum altera 226, altera 227 a Biblio in Gregorii Nazianzeni Operum editione numeratur, sancti hujus patris epistolæ. Hisce enim, ut sibi gratificaretur, paratum semper existisse Nectarium, Gregorius prodit. Nec quæsupranum. 9 adduxi, dubitare sinunt, quin Nectarius post monitoriam, quam dixi, epistolam a Gregorio acceptam, hæretici sese semper fortissime opposuerit. Id quidem qui fecerit ac quæ præterea preclaræ gesserit, singulatim, scriptoribus omnibus antiquis, qui de Nectario loquuntur, parce tantummodo id

facientibus, edicendo non sum; verum, etsi sic D habeat, duo tamen adhuc, e fidei etiam probatae fontibus hausta, de Nectario præter jam dicta memoranda hic occurunt. Ab eo, quod tempore præcessit, duco initium. In Constantiopolitana aliisque Orientalibus ecclesiis presbyter erat, pœnitentiam agentibus præfectus; Nectarius autem hunc in ecclesia Constantiopolitana sustulit seu abolevit. Ita scilicet, addita etiam, ob quam factum id fuerit, causa, Socrates et Sozomenus, prior quidem Hist. Ecclesiast. lib. 5, cap. 19, posterior vero lib. 7, cap. 16, memorie, consentiente etiam illis Nicephoro Callisto, produnt. Omnia, quibus Socrates id facit, verba in antecessum, postea etiam partim, quæ Sozomenus suppeditat, in cursu, cum id e re judicaro, recitaturus, hoc transcribo. Verum, priusquam id faciam, quandam circiter res gesta sit, e Sozrate et Sozomeno desinio.

39 Prior, narrato Theodosio post tyranni Maxime cædem ex Occidente Constantiopolim reditu, mox subjungit: Sub idem tempus presbyteros ecclesiarum, qui pœnitentia præerant, placuit aboliri; Sozomenus vero, relato S. Marcelli Apameensis episcopi, qui ad XIV Augusti diem in Opus nostrum illatus jam est, martyrio, ita deinde prosequitur: Per idem tempus Nectarius, Constantiopolitanus episcopus, presbyterum illum, qui præpositus erat pœnitentibus, primus ex ecclesia sustulit. Cum itaque Theodosio post Maximi tyranni cædem Constantiopolim reditus sub Tatianum et Symmachum, ut Socrates testatur, consulatu ac proin anno 391, Marcelli vero martyrium anno circiter 389, ut in Opero nostro loco proxime cit, videre fas est, accidet, consecrarium fit, ut circa annum 391, Si Socrate, anno autem 389, Si Sozomeno standum sit, presbyterum pœnitentiarum a Nectario Constantiopolis aboliri contigerit. Attamen, cum phrasis, qua id per idem tempus, quo Marcelli martyrium, evenisse Sozomenus ait, latitudinem aliquam, utul non aq[ue] certo ac adhibita a Socrate Phrasis sub idem tempus, utcumque pati ac proin tam ad annum 390 quam ad annum 389 eastendi posse videatur, præstare mihi videtur, ut posteriori hoc anno non magis, quam anno 391, sed circa annum 390 eventus ille signetur, maxime cum sic, etsi etiam huic fuisset re ipsa anno 389 locus, a veritate haud sinus abituri, nec quidquam, quod vel cum Socrate vel cum Sozomeno pugnet, statutum; Atque ita quidem tempus, quo circiter presbyterum pœnitentiarum Constantiopolis a Nectario aboliri contigerit, modo utcumque definiti; nunc qua de causa factum id a Nectario fuerit, Socratem loco supra cit. exponem, aliaque nonnulla, eo utcumque spectantia, adjungentem audiamus.

40 Posquam Novatiani, inquit, se ab Ecclesia sejunxissent, ex quod cum illis, qui persecutione Deciana lapsi erant, communicare noluisserunt, ex illo tempore episcopo pœnitentiarum presbyterum albo ecclesiastico adjeceunt, ut qui post Baptismum lapsi essent, coram presbytero, ad eam rem constituto, delicta sua confiterentur. Et apud alias quidem sectas haec regula etiamnum perseverat; soli vero Homousiani et, qui cum illis in fide consentiunt, Novatiani presbyterum pœnitentia præpositum rejecerunt. Nam Novatiani ne initio quidem supplementum

anno circiter,  
ut probatur,  
398, presbyterum  
pœnitentiarum,

uti a Socrate,  
causa eius,  
ob quam id fe-  
cerit,

strenue hoc  
deinde est fun-  
ctus Constan-  
tinopolis

AUCTORE  
C. B.

**A**mentum hoc admiserunt. Homousiani vero, qui nunc ecclesias obtinent, cum hoc institutum diu retinuerint, tandem Nectarii episcopi temporibus abrogarunt ob facinus quoddam, quod in Ecclesia commissum fuerat. Mulier quædam nobilis, ad pœnitentiarium presbyterum accedens, dilecta post Baptismum a se perpetrata singillatim confessa erat. Presbyter vero præcepit mulieri, ut jejuniis et orationibus continuis vacaret; quo scilicet una cum delictorum confessione opus etiam pœnitentia conveniens ostenderet. Progressu temporis mulier aliud facinus confessa est, ecclesiæ videlicet diaconum cum ipsa stupri consuetudinem habuisse. Id cum dixisset, diaconus quidem Ecclesia ejectus est; populus vero graviter commoveri cœpit. Neque enim solum ob seclus, quod patratum fuerat, indignabatur, verum etiam eo quod labes haud mediocris atque infamia hoc facto adpersa videbat Ecclesia.

adjuncta, hic  
narratur,  
instulit,

**B** Cum igitur eam ob causam ecclesiastici homines dicteris appeterentur, Eudæmon quidam Ecclesiæ presbyter, Alexandria oriundus, B episcopo Nectario suasis, ut pœnitentiarium quidem presbyterum expungeret; unumquemque vero pro arbitrio et pro animi sui conscientia ad Sacramentorum communionen sineret accedere. Neque enim aliter fieri posse, ut Ecclesia ab omni probro libera esset. Hæc ego cum ab ipso Eudæmoni acceperim, Historia huic inserere minime dubitavi. Etenim, ut saepius dixi, omnem curam ac diligentiam eo contuli, ut res gestas ex iis, qui eas optime norant, condiscerem, easque accurate perscrutarer, ne quid a veritate alienum scriptis mandarem. Et initio quidem Eudæmonista dixi: *Consilium tuum, o presbyter, utrum Ecclesiæ profuerit, an non, Deus viderit. Ceterum ansam ex eo singulis datam esse video, ut delicta sua invicem amplius non coarguant, nec observent præceptum illud Apostoli, quod ita habet: "Nolite communicare operibus infructiosis tenebrarum, sed potius redarguite" Valesius in hoc, quo presbyter pœnitentiarius Constantinopoli a Nectario sublatuſ refertur, Hist. ecclesiast. Socratis caput in suis in hanc Annotationibus ita ob-*

**C**servat: Nullus est locus in Historia ecclesiastica, qui doctorum hominum ingenia magis exerceretur, quam iste de presbytero pœnitentiario Constantinopoli sublatuſ. Atque, ut fieri solet, quæ pro cultu ac religione sua varias ejus loci interpretationes attulit.

sicque, cum  
officii a pres-  
bytero illo se-  
cundum anti-  
qvorum,

**42 Ita ille, subdens deinde, quæ potissimum in controversia isthac discutienda atque observanda arbitretur; verum cum de presbytero pœnitentiario, Constantinopoli sublatuſ, hic dumtaxat, prout id factum ad Nectarium spectat, tractemus, quidnam per hoc ac proin confessionemne, an pœnitentiam et quidem Nectarius sustulerit, itemque an laudem, an reprehensionem fuerit id faciendo promeritus, nobis præcipue examinandum. Ut rem ipsam nunc aggre diamur, quidnam igitur fecit presbyterum pœnitentiarium abolendo Nectarius? A tempore, qua Novatiani ab Ecclesia, quod circa sec. tertii medium est factum, sese sejunxere, presbyterum quendam, qui pœnitentibus præcesset, in singulis ecclesiis fuisse statutum Socrates verbis proxime hunc transcriptissub**

*Octobris Tomus V.*

initium non obsure prodit. Non parum itaque, ut, quid presbyterum pœnitentiarium abolendo Nectarius egerit, definiri queat, officii seu muneric, quod presbyter ille obibat, conferre notitia. In hanc itaque ante omnia hic inquiramus. Sozomenus Hist. ecclesiastice lib. 7, cap. 16 ex interpretatione Valesii sic scribit: Cum in nullo penitus peccare divinioris cuiusdam natura sit et humana præstantioris; pœnitentibus vero, etiamsi saepius deliquerint, veniam dare Deus præceperit; cumque in petenda venia peccatum necessario confiteri oporteat, grave ac molestum ab initio visum est sacerdotibus, tanquam in theatro, circumstante totius ecclesiæ multitudine, crimina sua evulgare.

**43** Itaque ex presbyteris aliquem, qui vita integritate spectatissimum esset, et taciturnitate ac prudentia polleret, huic officio præfecerunt; ad quem accedentes ii, qui deliquerant, actus suis confitebantur; ille vero pro cujusque delicto, quid aut facere singulos, aut luere oportet, pœna loco indicens, absolvebat confitentes, a seipsis pœnas criminum exacturos. Nicephorus Callistus Hist. ecclesiast. lib. 12, cap. 28 in textu, qui huic Sozomeni textui respondet, eidem etiam ad amissum quantum ad substantiam consonat, idemque de Christophoro sono dicendum; ut spectatis Græcis, quæ Nicephoro, Christophoro sono et Valesio prælucere, Sozomeni exemplaribus, publice quasi in theatro recitari peccata, primos Ecclesiæ seu ob jam dicta eos, qui, hæres Novatiana exorta, floruer, epis copos notuisse, sit credendum. Verum Cassiodorus in Historia tripartita a tribus jam memoratis Sozomeni interpretibus non parum discrepat itaque hiujusjam recitata verba reddit: Quoniam omnino non peccare, divinum, et ultra humanam naturam esse cognoscitur, peccantibus autem et pœnitentiam agentibus veniam Deus dari præcepit; qui vero confiteri refugiunt, majus peccatorum onus acquirunt, propterea visum est antiquis pontificibus, ut velut in theatro, sub testimonio ecclesiastici populi, delicta pandantur; et ad hanc rem presbyterum bonæ conversationis servantemque secretum ac sapientem virum statuerint, ad quem accedentes ii, qui deliquerant, dilecta propria fatebantur etc.; ita autem, antiquos, quos dixi, epis copos, ut publice et quasi in theatro peccata presbytero pœnitentiariorum pandentur, voluisse dilucide significatur.

**44** Verum hacne, quam Cassiodorus suppeditat, an altera, qua id non voluisse epis copos, non minus dilucide indicatur, num. proxime prægresso e Valesio allegata ac in Nicephoro Callisto etiam fundata Sozomeni interpretatione est standum? Id apparet admodum dubium, hincque, quod fuerit presbyteri pœnitentiarii, a Sozomeno memoratis, munus, seu an publicas pœnitentium confessiones excipere pœnasque hisce publicas injungere ad partes ejus spectarit, pro certo nequit edici. Attamen, cum Cassiodorus non longe a Sozomeni ætate floruerit, Nicephorus autem annis plus 800 Sozomeno sit posterior, Sozomeni codex, qui Cassiodoro vel Epiphanio, qui primus historiam tripartitam confecit, magis integer et incorruptus, quam qui Nicephoro, Christophoro sono et Va-

qui, non quod  
Nicephorus,  
sed quod Cas-  
siodorus e So-  
zomeni

E

ante oculos a  
se habito codi-  
ce indicat, ve-  
rosimilius vo-  
luerint,

AUCTORE  
C. B.

episcoporum  
constitutio-  
nem, Bellar-  
mini verbis

hic expositum,  
obvendi, par-  
tes hic memo-  
ratae extine-  
rint,

lesio præluxit, verosimiliter extilerit. Quare Sozomeni per Cassiodorum interpretatio, qua, ut publice veluti in theatro peccato pandentur, voluisse antiquos episcopos, significatur, ejusdem Sozomeni per Valesium, qua indicatur contrarium, interpretationi, ut etiam in Nicophoro fundatæ, præferenda videtur, maxime cum ei etiam Joannes Chrysostomus, utpote qui Hom. 5 de incomprehensibili natura Dei, Hom 4 de Lazaro, Hom. 8 de penitentia et Hom. de Publicano in cap. 18 Lucæ, aperte ad Nectarii proximi sui in sede Constantinopolitana decessoris factum prisæque episcoporum constitutionis abrogationem alludens, jam non opus esse, ut peccata quasi in theatro pandantur, ubique repetat, non obscure suffragetur. Et vero peccata saltem publica (neque enim, si et occulta fuissent vulganda, presbyter penitentiarius secreto- rum lenax et taciturnus esse debuisset) a paenitentibus vel sponte sua vel e presbyteri penitentiarii, cui ea fuissent confessi, mandato pu-

B blice et quasi in theatro fuisse pandata, e Socrate et Sozomeno, quibus et Nicephorus addi potest, fas est colligere.

45 Dum enim Nectarium, quod presbyterum penitentiarium sustulerit, reprehendunt, indicant id sese facere, primo quidem quod, eo sublatu, non possint amplius homines invicem peccata arguere justa illud Apostoli: Nolite communicare operibus infrugiferis tenebrarum, sed ea potius arguite; deinde vero, quod, sublatu publice confusonis freno, tum plura ac majora fierent, quam olim, peccata: quae causa indubie requirunt, ut peccata saltem publica fuerint a paenitentibus vel sponte sua vel presbyteri penitentiarii, ab episcopis olim constituti, cui haec fuisset confessi, mandato publico coram populo declaranda. Bellarminus Disputationum de controversiis Christianæ fidei tom. 3, lib. 3 cap. 14 hisce aliisque, que ad hoc argumentum spectant, fusi expositio, duo primum, que etiam faciunt, videlicet non occulta, sed publica dumtaxat peccata confessione publicæ antiquos episcopos per suam de presbytero pa-

C nitenientario constitutionem subjecisse, huncque non omnibus fidelibus, qui quocumque modo paenitentiam agebant, sed solis publicis paenitentibus præpositum fuisse, luculentissime probat ac deinde ita prosequitur: Ex his, que hactenus dicta sunt, colligimus, constitutionem episcoporum, de qua historici (Socrates nimirum, Sozomenus et Nicephorus locis supra cit.) loquuntur, id solum complexam, ut, qui publice larsi essent post Baptismum, ii ad sacram Eucharistiam non accederent, nisi presbytero penitentiario privatim omnia peccata sua confessi essent et deinde ad ejus arbitrium publice coram cœtu Ecclesiæ peccata publica de texissent et penitentiam publicam egissent.

46 Quam constitutionem Socrates recte vocat appendicem additam ad veteres canones; nam ante exortam heresim Novati, nemo cogebatur certum presbyterum adire, neque peccata ulla publice confiteri. Consequenter quidem aliqui juxta consilium sacerdotis, cui peccata omnia confessi fuerint, aliqua graviora et publica publice confiteri, ut ex Origene cognosci potest Hom. 2 in Psalm. 37, tamen, ut dixi, non tenebantur, sed satis erat, peccata omnia privatim confiteri et penitentiam

privatam vel publicam juxta sacerdotis impe- D rum agere. Ceterum post Novati heresim ex- citatam placuit episcopis aliquid addere, ne Novatiani catholicos reprehendere possent, quod nimis facile lapsos ad communionem admittent. Ita, qualis fuerit, qua penitentibus presbyter penitentiarii post exortam Novati heresim fuerit praefectus, episcoporum antiquorum constitutio, exponit laudatus Bellarminus; cum autem, quæ de hac ait, vero, sene sint quam simillima, inde modo, presbyteri penitentiarii, ut eorum, qui post Baptismum lapsi essent, secretas confessiones ex ciperet iisque vel publicam delictorum aliquot horum corporum coram Ecclesiæ cœtu confessionem vel aliam publicam pro occulis etiam, si id expedire arbitraretur, criminibus penitentiam injungeret, partes extilisse, vero etiam evadit simillimum.

48 Verum hasne omnes presbyterum penitentiarium tollendo abrogavit Nectarius? Cum causa, ob quam presbyterum hunc sustulerit, diaconi cum muliere crimen hujusque cum ingenti populi scandala publicatio, Socrate et Sozomeno testibus, castiterit, haud dubie eas dumtaxat officii, a presbytero illo obeundi, partes, quæ criminis hujusque publicationi ac proin et scandalo gravissimo occasionem aediderant, Nectarius abrogavit. Verum quenan partes illæ extitere? Sozomenus loco supra cit, sic scribit: In Constantinopolitana... ecclæsia certus presbyter constitutus erat, qui penitentibus praeesset, donec matrona quedam nobilis ob peccata, que confessa fuerat, jussa ab hoc presbytero jejunare ac Deum suppliciter orare; dum hujus rei causa in ecclæsia moraretur, a diacono se stupratam esse prodidit. Quo cognito, plebs omnis vehementer succensuit, eo quod contumelia illata esset ecclæsia; nec mediocri probro expositi erant sacri ordinis viri. Dum itaque matrona, de qua hie sermo, diutius in ecclæsia, quo penitentiam publicam, a presbytero penitentiario sibi injunctam, impleret, moraretur, diaconus hac occasione patravit cum illa flagitium; id autem et publica mulieris istius confessione ad populi aures pervenit. Elsi enim peccatum F esset occultum, neque presbyter, ut populo illud patet faceret, ei mandasset, ipsa tamen, cum alia peccata, quæ publica erant, publice, ut verosimile appareat, seu presbyteri mandato seu sponte sua confiteretur, longius, quam par esset, progressa fuit et illud peccatum ex devotione indiscreta confessæ ut id, quod penitentia publicæ occasione fuerat patratum, confessionis publicæ occasione publicum sit factum.

48 Re porro ad Nectarium delata, primo hic quid ageret, incertus, postea, accepto, ut Socrates ait, a presbytero Eudæmone, consilio, presbyterum penitentiarium abrogavit sicut simul publicam et penitentiam, cuius occasione turpe diaconi cum muliere flagitium fuerat patratum, et confessionem, cuius occasione populus id, tumullu inde contra clerum exorto magna infamie nota ordini sacerdotali inusta, innotuerat, abolerit. Ast, an nihil præterea presbyterum penitentiarium abolido fecit Nectarius? Fuisse etiam simul et privatam seu auricularem confessionem et privatam itidem penitentiam a Nectario abrogatam, contendit Calcinus; verum, ait loco supra cit.

harumque non  
alias, quam  
que scandalo  
occasione  
dederant, ab-  
lebuntur,

publicam et  
penitentiam et  
confessionem,  
non autem,

**A** cit. *Bellarmino*, Nectarius nec abrogavit, nec abrogare potuit confessionem et penitentiam privatam. Quare, quod scribunt Socrates et Sozomenus, permisum esse a Nectario, ut unusquisque secundum conscientiam suam ad sacra mysteria participanda accederet, non significat, permisum esse fidelibus, ut sine confessione et iudicio sacerdotis sacrae mense participes fierent; sed ut non cogerentur adire publicum Ecclesie tribunal, verum ipsi conscientiae sue rationem haberent, et siquidem sine peccato mortali essent, ad communicationem divinorum mysteriorum tuto accederent; sin autem, unum ex presbyteris eligerent, cui privatim peccata sua confiterentur. *Socratis verba, quæ ita expponenda Bellarminus ait, num. 41 transcripta* *huc jam sunt: Sozomeni vero, quæ hisce respondent, sequentia hæc sunt:* Cumque nonnulli consilium ei (*Nectario nimirum*) dedit, ut uniuersique, prout sibi conscientia esset, ac fiduciam sui haberet, ad sacrorum mysteriorum communionem accedendi liberam faceret potestatem, presbyterum, qui agende penitentia pretereat, abolevit.

**B** ui argumenta, e Bellarmino hic aduersa, evincunt. **49** Hæc porro similiaque *Socratis verba eo, quem verbis jam datis Bellarminus assignat, sensu esse intelligenda, nec a Nectario confessionem privatam seu auricularem fuisse abrogatam, probant, quæ mox is scriptor subjungit, argumenta diversa Quatuor præcipua ipsomet ejus verbis lectori ob oculos pono. Non sustulit, ait, Nectarius, nisi appendicem (*episcoporum scilicet antiquorum jam supranum. 45 et seq. expositum constitutionem*) ad veteres canones, quæ accesserat initio heresis Novatianæ, illa autem appendix, ut jam satis ostendimus, ad publicam tantum penitentiam pertinebat. Deinde non sustulit Nectarius, nisi id, quod necessarium erat ad sedandum populi tumultum ex occasione detecti illius flagiti, a muliere scilicet, quæ id prodiderat, et ecclesiæ diacono commissi, excitatum; ad hoc autem satis superque erat, de medio tollere confessionem et penitentiam publicam; neque enim ex confessione penitentiaque privata ullus tumultus exoriri poterat. Tertio post Nectarii tempora mansit semper in ecclesia Graca usus*

**C** confessionis privatæ, ut perspicuum est ex Chrysostomo, Nicephoro, Chartophylace, Concilio Trullano aliisque testimoniosis supra citatis. Nulla autem historia refert, ab illo episcopo vel concilio revocatum esse ac retractatum id, quod Nectarius fecerat: non igitur abrogaverat ille confessionem privatam. Quarto Sozomenus, qui fusus historiam istam conscripsit et quem adversarii potissimum citant, affirmat, Deum ipsum præcepisse, ut penitentibus venia daretur, et necessariam esse confessionem: idem autem Sozomenus non reprehendit Nectarium, ut evenorem juris divini, sed tantum dubitanter et modice illum carpit, quod occasionem sustulerit peccata invicem arguendi. Neque ullus alius scriptor in tot annorum centuriis Nectarium accusavit, quod certe multi fecissent, si rem tam necessariam et ab apostolorum temporibus in ecclesia frequentatam ipse unus episcopus abrogare tentasset.

**50** *Talia sunt, quæ Bellarminus in rem suam allegat, argumenta quatuor præcipua, hæcque certe, non privatam seu auricularem, sed publicam dumtaxat confessionem juxta ac-*

*pententiam a Nectario fuisse abrogatam, diligide evincunt; verum, cum Nectarius equidem, quod id fecerit, a Socrate et Sozomeno, ut appareat, carpatur, meritone, an immerito id ab hisce fiat ac proin laudemne, an vituperium id faciendo fuerit promeritus, modo indagandum. Sozomenus, quomodo et quam ob causam in ecclesia presbyter, qui penitentibus praerat, fuerit sublatus, loco supra cit. narraturus, primunque deinde, quid id fecerit, existisse Nectarium, præfatus, mox subiungit, hujus exemplum episcopos propemodum universos postea esse securtos; quod si autem, non laudari, sed juremerito carpi confessionem et penitentiam publicam abrogando meruerit; quis facile, queso, futurum fuisse, ut ejus exemplum omnes fere episcopi postea sequentur, in animum inducat?*

**51** *Imprudentia quidem idcirco insimulandum Nectarium, Tillemonius tom. IX. Monum. ecclesiast. pag. 488 existimat; verum si scriptori isti assentendum hanc resisti, imprudentia quoque, quod nemo dixerit, universi fere episcopi, Nectari, ut dictum, exemplum post securi, fuerint insimulandi. At vero presbyterum penitentiarum abolendo non imprudenter, sed prudenter potius egisse Nectarium, ostendunt, quæ jam subdö. Poterat ille injungere regule etiam ipsa subinde penitentibus injungebat, ut, quæ in confessione declararent delicta, ea publice coram populo vulgariter; cum ita autem fieret, ut non paucos magnorum criminarum reos reperiri inter catholicos atque orthodoxos gentiles etiam atque heretici cernerent, non modica hinc Ecclesia Dei aspergabatur infamia prudenterque proinde, vel ut hoc malum averteret, presbyteri Eudæmonis, qui, nisi presbyter penitentiarius aboleretur, ecclesiam omniprobo (Socratis verba num. 41 hue transcripta vides) liberam esse non posse censebat, concilium secutus Nectarius presbyterum illum ac proin et quibus hic promunere suo præsidebat, publicam confessionem et publicam itidem etiam occulorum (neque enim publica pro delictis quibuscumque publicis penitentia in usu esse post Nectarii decretum desit) criminum penitentiam abrogavit.*

**F** **52** Ad aliud modo, quod, ut dixi, hic adhuc de Nectario memorandum occurrit, progressum. Inter SS. Apostolorum et Conciliorum Canones a Theodoro Balsamone Commentariis illustratos, pag. 761 et duabus seqq. extat et synodi Constantiopolitana in Bagadii et Agapii, quæ ambo Bostrorum in Arabia episcopatum sibi vindicabant, causa celebrata, sessio; in hac autem, cui et interfuit et præsedidit Nectarius, Bagadii, in cuius locum electus fuerat Agapius, depositionem haud fuisse legitime a duobus tantummodo episcopis factam, fuit a synodi patribus, non parum ad id conferente Nectario, pronuntiatum. Ceterum synodus istheo fuit anno, uti e Chronicis, quas in capite præfert dicta sessio, notis liquet, 394 celebrata, nec diu admodum post illam in eivis adhuc superstes fuit Nectarius. Anno enim 397, die xxvi Septembri, ut sequentibus his verbis, Nectarius Constantinopolitanus episcopus extremum diem obiit, Cesario et Attico consilibus, quinto Calendas Octobris, Socrates lib. 6, cap. 2 docet, excessit e vivis.

AUCTORÆ  
C. B.  
confessionem  
auricularem,  
abrogavit,  
cumque San-  
ctus, qui a So-  
crote et Sozo-  
meno

mcrua ob id,  
quod sic fecit,  
fuisse carpen-  
dus haud vi-  
detur.

E

synodo post, in  
Bagadii et A-  
gapii causa ce-  
lebrata, inter-  
fuisse, anno  
597 obiit.

DE